



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

7. Absolutus in articulo mortis, cur se sistere debeat, vbi conualuit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Superio. Cap. Ea nascitur. Cap. Quamuis & Cap. Pueri: ibid.

Resp. 5. Monachos, & Canonicos Regulares, quocunque modo se in, vel extra Claustrum perculserint, non esse mittendos Romam, aut ad Nuncium, aut ad Legatum. Et si forsan ad illorum correctionem proprii Prælati discretio non sufficeret, iubet *Alexand 3 in Cap. 2. Monachi. de sent. excom.* Episcopi prouidentiam (in Ordine nostro propter exemptionis priuilegia Vicarii Prouincialis) adhiberi.

VII. Resp. 6. Absolutum in articulo mortis à peccatis aut excommunicationibus reseruatis, habentibus adnexam excommunicationem ab inferiori, teneri postea, si conualescat, se iterum Superiori sistere, non quidem ut Sacramentaliter ab eis denuò absoluantur, sed ut iuxta eius mandatum parti læsæ (idem si quis à priuile-

uilegiato esset absolutus à Casu
 Episcopo reseruato) aut pœnæ
 satisfaciatur: aliò qui si in mora cul-
 pabili fuerit, incidet in similem
 excommunicationem eidem re-
 seruata, à quo debebat prius ab-
 solui (sublato scilicet impedimē-
 to) cui prior erat reseruata: sicuti
 & eos relabi constat, qui à Sede
 Apostolica aut Legato iussi, vt se-
 stiterent Ordinarius & non pa-
 rent. *Vide Cap. Eos cit de sent ex-*
commun in 6 definiens Contemnen-
 tes cessante periculo comparere
 apud Superiorem legitimum, à
 quo absolui habebant, priusquam
 absoluerentur ab inferiori, in e-
 andem (nè sic illudatur discipli-
 næ Ecclesiasticæ) ipso iure inci-
 dere.

VIII. Peccatum Clerici, seu
 crimen habens adnexam Irregu-
 laritatem.

Extrauag. Comm. Inter cunctas.

€

de